



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

De eo quòd Ionas noluit pro pseudopropheta haberi, neq[ue] Deum mendacem iudicari. Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

FRANC. LAMB. IN IONAM

us iudicium **I**sraëlis. Durus admodum est hic actus, non congruens charitati. Aspera est figura, uerum id quod figurabatur, suauissimum est. Solum autem id, recipit allegoriam, quod **I**sraëlem dilexit, Gentes uero odiuit.

Quis populus **I**sraël, nisi electi, qui ad domum **I**sraël spectant, & sunt ueri **I**sraëlitæ, uerumq; semen **A**brahæ? **R**oman-nono. Gentes uero increduli sunt. Siquidem ille fidelium, isti uero incredulorum typum gerunt. Increduli sunt, qui non adquiescunt doctrinae pietatis, unde & impij uocantur. At Deo, & **D**omino **I**ESU **C**hristo sunt odio, tam impius, quam impietas eius. Fideles uero & electi hi sunt, quos **S**eruator ipse **O**ptimus, **M**aximus, tam dilexit, ut illos à peccatis eorum lauerit, in sanguine suo, **A**pocalyp. 1. **E**radens pro illis semetipsum hostiam **D**OMINO, in odorem suauitatis.

De eo quod **I**onas noluit pro pseudopropheta haberi, neq; Deum mendacem iudicari.

C A P V T V.

Diximus abunde, quid sit de eo sentiendum, quod **I**onas timuit haberi pro pseudopropheta, & Deum mendacem iudicari: proinde summam colligimus, cuius data est allegoria, nempe, quod ille ueritatem adamauit, & cupiuit gloriam **D**eī, tamen in ipsius ueritatis dilectione

ne

ne, ac desiderio gloriae Dei plurimum aberraret, eo quod non recte his adficerentur, et multum esset peccati admixtum. **Q**ui error Allegoriae minime competit. **C**hristus enim haec absq; similitudine, aliter et melius Iona dilexit, ac concupiuit. **S**ed quid mirum? **C**hristus enim, maior est Iona. **I**s iustus, ille peccator: **i**s Deus, ille homo: **i**s redemptor peccatorum, **i**s à proprijs peccatis per eum redemptus: **C**hristus ergo uerus Ionas, et ipsa ueritas, ueritatem cum patre dilexit. **P**sal. 50. **I**n nobis ueritatem querit, et odit mendacium. **S**umme autem odit, eos qui eum mendacij patronum faciūt. **C**uiusmodi sunt, omnes qui spectant, ad **A**ntichristi factionem, qui ad id nituntur, ut sermonibus aeternae ueritatis, perperam enarratis, sua mendacia et figmenta confirmet. **V**eh uobis **P**rophetae falsi, et hypocrite, qui inuertitis eloquiorum **D**eī, germanum sensum, et sic per haec, contra eorum naturam et sensum, tam uestra quam aliorum somnia adseritis. **V**eh uobis **A**ntichristis, qui eum qui aeterna et incommutabilis ueritas est, facitis uestrarum abominationum patronum. **S**ed tandem ipse uos euertet, in sempiternū. **N**am ueritas omnia uincit. **E**zra. 3. **C**rede mihi lector, haec est summa iniquitas, quae possit cogitari, quod impij **D**eī scripta allegant, contra eorum naturam, ut confirmet abominationes suas, et quasi ex **D**eō, faciunt mendacij summum patrem, quod solius diaboli est. **N**am ipse est mendacij pater. **I**o. 8. **Q**uē idcirco illi imitatur, quod ex ipso diabolo

R s. sint.

FRANC. LAMB. IN IONAM

sint. 10. 8. Deniq; ipse uerus **Ionas Dominus IESVS**
Christus, zelat quam maxime pro gloria patris summi.
Vnde & passim in euangelijs, eius bonitatem, gloriam, et
magnitudinem prædicat. **H**anc calcant pietatis hostes, hi
maxime, qui uerbo gloriæ & ueritatis suæ, ac magnitudi-
ne nominis eius, ad sua mendacia & inuenta abutuntur.
Hi sunt qui patrem simul cum filio blasphemant, quibus
& conuenit **Christi** sermo. 10. 6. **E**go honorifico patrem
meum, et uos inhonorastis me. **Q**uod enim **Pharisæi** olim
de sermonibus & persona **Domini IESV Christi**, hoc
nostri seculi **Pharisæi**, de ueritatis concionatoribus &
Prophetis dicunt, nempe quod ob **Dei** eloquia, quæ pro-
nunciant, **Dæmonium** habent. **Q**uod autem fit contra mi-
nistros sermonum **Christi**, ac fideles seruos eius, eo quod
serui eius sint, haud secus habet ipse **Christus**, atque si sibi
ficeret. **Matth. 25.**

Quam diuerso modo, propter **Ionam** &
Christum, oriatur aut cesset tēpestas

C A P V T VI.

Ionæ **Deo** nõ adquietis præsentia, turbauit mare,
contra nauem, absentia autem tranquillum fecit. **A**t **Do-**
mini IESV Christi præsentia, pacem reddit, quæ eo ab-
sente nullibi est: **Q**uidam hic dicunt, quod propter **Chri-**
stum etiam,